Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 34

, 62.

Plutarchi Chæronensis vitæ parallelæ Viror. illustr.

Cod. XXXIV. 1.
Membran. Fol. min. lat. 11. 3. 10.

Exhibet opus Plutarchi Chæronensis pulcherrimum, nempe vitas quas vocat parallelas, græco idiomate exaratas, in quibus viros virtute, rebus gestis, doctrina vel etiam fortunæ ludibrio illustres Græcos cum totidem Romanis contulit, et utrorumque mores ac fata descripsit tanta industria, ut viro præsertim in Rep. versanti vel etiam duci exercitus nihil possit esse lectione utilius, nihil amoenius quoque propter incredibilem rerum varietatem, copiam exemplorum, judicium denique ac probitatem scriptoris. Vitæ, quæ in codice nostro habentur, parallelæ, sunt sequentes:

Licurgi	et	Numæ pompilij
Solonis	=	Poblicolæ Valerii
Aristidis	=	Catonis majoris.
Themistoclis	=	Camilli.
Cimonis	=	Luculli.
Periclidis	=	Fabii Maximi.
Niciæ Athen.	=	M. Crassi Triumv.
Agesilai	=	C. Pompeji Triumv.

Vitæ reliquorum parallelæ, quæ exstant T. I. Opp. Plut. Chæron. græc. et lat. Francof. 1620. Fol., in codice nostro desiderantur. Plura de Plutarcho dabit Fabric. Bibl. græc. lib. 4. c. 11. pag 329.

Aetatem codicis nostri quod concernit, illum inter antiquiores nostrum referendum esse puto, ea potissimum de causa, quod lineæ non plumbo, vel colore, sed nudo sunt stilo seu grypho ductæ.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 34

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1732

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)